



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 74. Conservatores an possit mulctas pecuniarias sibi convertere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Dominic. & alii quos citavimus, in tertia causa nullitatis quibus addo *Cardin. Alex. in cap. 1. 11. quest. 3. ubi Navarrus*. Idipsum diligentius & acutius *Gabriel, in 4. distinct. 18. quest. 2. col. 11. quem Navar. cap. cum contingat rem. 2. num. 26. de rescriptis*. excommunicatio fuerit nulla ob defectum jurisdictionis super excommunicatum, simpliciter vel in nullo casu, quo fertur excommunicatio, vel quia fertur post appellationem legitime interpositam, vel ob alium defectum propter quem ipso jure est irrita, tunc non oportet eam timere nec pro excommunicato gerere, vitando communionem Sacramentorum, & hominum, quoniam quod non est, non oportet timere, sed dum sententia est nulla, jam non est excommunicatio, neque quo ad Deum, neque quo ad Ecclesiam; ergo non est timenda, quo ad Deum, quia nulla culpa, nec quo ad Ecclesiam quidem secundum veritatem, nullam sententiam juris incurrit, qui sententiam quæ nulla est non custodit timenda tamen est non sententia, sed scandalum populi vulgaris, nescientis sententiam esse nullam, unde si aliquis publice excommunicatur & denuntiatur nulliter, ex adverso publice sententia, & si aliquis tunc propter quam sententia est irrita, quo facto non pareat sufficienter ipse causam scandalizatur, non est scandalum pusillorum secundum reg. Christi Marth. 15. commendandum, attamen non tenetur eam servare in occulto ante scandalizationem, sed neque in occulto neque in publico coram sapientibus, quibus nota est nullitas sententia, tenetur eam observare.

QUESTIO LXXIV.

Conservatores an possint multas pecuniarias sibi convertere.

SUMMARIUM.

1. *Pœna fori Ecclesiastici sunt piis locis applicanda.*
2. *Consuetudo contraria non valet.*
3. *Limita ubi hic remissive.*

Sunt qui existimant non posse, pœnæ enim fori Ecclesiastici piis locis sunt applicanda; nec valet consuetudo contraria per quam pars pœnarum applicatur Vicario vel Camera Episcopali etiam in minima parte, ita *Joannes Gallemart. in interpretationibus Sacrae cong. ad Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de Resor. num. 10.*

Quod

Quod ego hac salis mica tempero, quam alio in loco adhibui, de Jurisdic. ord. in
 exmpl. lib. 4. quaest. 1. 2. nu. 3. & 4. quibus addo Ignatium Lopes In pract. Crimin.
 Canonica cap. 14. 2. nu. 2. & seqq. cum Apostillis.

QUAESTIO LXXV.

Conservatores utrum possint propter delictum Episcopi, Civitatem
 cui praest, interdicere.

SUMMARIVM.

1. Conservatores possunt ex causa justa Civitatem ferire interdicto.

Philippus Francus in cap. quia Pontificali nu. 4. vers. in ea glo. de offic. del. in 6. hanc
 quaestionem movet, eamque insolutam relinquit Felin. in cap. sanè 2. nu. 2. de
 offic. del. eandem quaestionem proponit, cui responderi affirmative, cap. si sententia
 §. caeterum de sent. excom. in 6.

QUAESTIO LXXVI.

An Conservatores propter delictum dominorum possint subicere inter-
 dicto eorum terras eis temporaliter subiectas.

SUMMARIUM.

1. Propter delictum vasalli feudalis terra potest interdici.
2. Et terra dotalis propter delictum mariti.
 Crimen est violare Exemptiones.

Felinus d. cap. sanè 2. nu. 2. in fin. de offic. del. censuit posse. Nam & propter de-
 lictum vasalli, potest terra ejus feudalis interdici, *Caldens de Ecclesiast. inter-*
dicto in 2. memb. quest. 17. & terra dotalis propter delictum mariti, *Archid.*
cap. sicut Domini 16. quest. 2. Fel. d. loco cap. si sententia §. caeterum de sent. excom. in 6.
raullimè. Gregor. Sarr. in Thesaur. Theol. Moralis tom. 1. lib. 5. cap. 11. nu. 8. fol. 517.
Covarr. cap. alma mater par. 2. §. 2. num. 4. de sent. excom. in 6. Quia autem impingen-
do in